

Disseminationes hoc volumine contentae.

1. Geminae quaestiones in iure publico et in re libera tractatae quas praesit Petro Leopoldo. S. V. D. examinandas proposuit Andr. Petrus Wolffm. Regiomont. Franc. Jenae.
2. Juris aliquot emendata, quas praesit Heinrico Bocero Sr. pro Doctoratibus in utroque iure in iuris publicis disputationibus subiecit Georgio Wolfgango Hilbornmanno, Neuwirg. Palatinus Tubingae.
3. Propositiones Juris publici quas publice discutendas proposuit Christophorus Treibisig S. V. D. Resp. Conrado Casp. Bovio, Wittenberg. Lipsiae.
4. Dissertatio ad tit. 5. et 6. libri 2. ff. quam praesit Christophoro Bealdo Sr. discutendam proposuit Burkhardus Ehinger Tubingae.
5. Diss. de iure Naturae praesit Johanne Gyphandro S. V. D. defensa a Georgio von Broy, Akenburg. Tuberae Fr. Jenae.
6. Diss. de necessitate defensionis praesit Heinrico Bocero Sr. proposita a Daniele Rantow. Tubingae.
7. Conclusiones de Jurisdictione quas eodem praesit Dominico Lubertio in iure insignium sequendum causa publicis censuras subiecit Johannes Georgio Halbitter. ibid.
8. Assertionem legales de transactione quas praesit Petro Theodoro S. V. D. pro gradu Doctoratus in utroque iure sequendo discutendas proposuit M. Georgio dist. Lips. Jenae.
9. Diss. de transactionibus praesit Johanne Harprecht Sr. pro summo in utroque iure gradu sequendo publicis examini submissa a Georgio Langen. Homb. Tubingae.

Disputatio³⁹ Juridica

DE I N F U R I S,

QUAM

Annunte Majestate Divina,

PERMITTENTE

Amplissimo Juris-Consultorum in celeberrima
Universitate Tubingensi ordine;

PRÆSIDENTE

DN. ANDREA

BAYERO, IURIS-

CONSULTO, ET IN
EADEM CANONUM PROFES-

sore excellentissimo, Præceptore & Patrono suo

omni Observantiæ cultu hono-
rando;

*Ad diem 26. Jan. in Auditorio Juris-Consultorum,
publici Exercitii gratia, defendendam suscipiet*

M. Iohan. Conradus Varen-
büler Stutgardianus.



TUBINGÆ,

Typis Johannis Alexandri Cellii.

ANNO MDC XVI,

*Nobilissimis, Strenuis, Magnificis, Am-
plissimis, & Prudentissimis Viris:*

D N. MARTINO AICHMAN-
no, Iuris-Consulto gravissimo, Serenissimi
Electoris Saxonici Consiliario
intimo;

D N. WOLFGANGO AB UHR-
mühl, Illustrissimi Ducis Württembergici
Magistro Camerali;

D N. IOHANNI WILHELMO
Varenbülero, florentissimæ Civitatis Schorn-
dorffensis Consuli vigilan-
tissimo;

&

D N. CONSTANTINO VA-
renbülero U. J. D. inclytæ Imperialis Rei-
publicæ Ulmensis Advocato dex-
terrissimo;

Dominis Cognatis, Patruo, & Patrueli,
Mœcenatibus Fautoribus, Patronis atq; Promotoribus
devotè & piè colendis

Hasce Studiorum suorum Primitias, in eorundem ulteriorem
promotionem, animiq; ad Gratitude[m] propensi decla-
rationem

humiliter & officiosè dicat, consecrat,

*M. Johannes Conradus Va-
renbüler, Respondens.*



DISPUTATIO

DE INIURIIS.

THESIS I.



INJURIAE VOCABULUM GENERALITER sumptum denotat omne id, quod non jure fit; (a) specialiter verò accipitur, vel pro damno culpa dato, (b) vel pro iniquitate & injustitia judicantis, (c) vel pro contumelia, à contemnendo sic dicta. (d)

a) *In princ. Inst. h. t. l. i. in princ. ff. eod.* (b) *l. sed etsi §. i. ff. ad L. Aq.* (c) *l. si per si. in pr. ff. de Evict. l. 15. C. eod.* (d) *d. pr. Inst. h. t. & d. l. i. in pr. ff. eod.*

I I.

Et de hac postrema specie nos acturi, definimus Injuriam, quod sit Delictum, (a) in alterius contumeliam (b) commissum.

a) *l. 4. ff. de O. & A. Inst. de Obl. quæ ex del. n. in pr. vers. nam omnes, l. ult. in pr. C. hoc tit.* (b) *d. l. i. in pr. l. præ. 7. §. atrocem. l. item apud 15. §. si quis serv. 46. & §. pen. ff. h. t. & d. pr. Inst. eod. Alii aliter definiunt.*

I I I.

Dividitur autem in realem & verbalem: (a) Realis Injuria est, cum quis facto quodam vel in corpore; (b) vel extra corpus (c) Injuria afficitur; (d) Verbalis, quæ dicto (e) aut scripto (f) alicui infertur.

a) *Per d. l. i. §. i. ff. h. t.* (b) *ut si quis pulsatur d. l. i. §. omnemq; & l. 5. in pr. vers. lex itaque ff. h. t. Vel manus saltem adversus ipsum pulsandi animo leventur. l. item apud 15. §. i. ff. d. t. vel stuprum alicui inferatur vel inferri tentetur l. i. §. pen. ff. ad L. Corn. de sicar. & arg. l. item apud 15. §. generaliter 27. ff. h. t. & l. si stuprum 25. h. t. vel cæno aut luto quis conspurcetur l. i. §. i. ff. de Extraord. Crim.* (c) *puta si*

quis injuria caussa januam alicujus effringat, l. qui injuria § 3. in pr. ff. de
 Furt. honesta Marrona Comitum abducat d. l. 1. §. omnemq; & d. l. 15.
 §. si quis virgines, vers. si igitur, & §§. seqq. ff. hoc tit. in contemptum al-
 terius lugubri, squalida, vel alia veste utatur d. l. 15. §. hac autem ferè
 sunt & l. sordidam 39. hoc tit. si litigator Arbitrum vel Iudicem spernat
 & ad alium eat, l. litigatores 11. in princ. ff. de Rec. Arb. aut suus alicui
 honor non deferatur per l. si cujus 13. §. de prateritis vers. quia sunt Casus
 ff. de Vsufr. & l. injuriarum 13. §. si quis de honorib. ubi Bart. ff. hoc tit.
 Clariss. & observ. Dn. Præcept. Bocer. Clas. 4. Diss. 4. Thes. 15. & 27.
 (d) per d. l. 1. §. 1. ff. hoc tit. si maximè in persona erretur l. eum qui 18. §. 3.
 & seq. ff. h. tit. Plures realis Injurie species viderelicet apud Clariss. Dn.
 Harppr. in Tractat. suo Crim. ad T. Inst. de Injur. §. 1. num. 5. cum aliqq.
 seqq. (e) l. si non convicii. 5. C. hoc tit. & l. aut facta 16. in princ. ff. de
 pœn. ut: si quis te Sycophantam, id est delatorem dixerit l. 3. C. h. tit. vel
 servum l. qui liberos 9. & l. seq. d. tit. vel debitorem d. l. 15. §. si quis non
 debitorem: etiamsi tu prior injuriosa adversus illum protuleris verba C.
 veniens 16. e. de jurejur. Andr. Gayl. 2. observ. 100. num. 9. & 10. Schrad.
 Tom. 1. Conf. Crim. conf. 40. num. 8. Modest. Pist. quest. 127. num. 47.
 & seq. p. 3. vel dicam tibi Tu mentiris per text. in C. Homines §. ult. &
 C. is autem 22. q. 2. quamvis cum honoris præfatione per C. 1. e. de Præ-
 sumpt. C. sollicitudinem 54. in fin. e. de Appellat. Covar. 1. variar. Re-
 sol. 11. num. 1. Gayl. 2. obs. 101. Dn. Harppr. ad d. tit. §. 1. num. 77. Diss.
 post alios Ludov. Carer. in pract. crim. pag. 177. num. 14. si quis tamen
 provocatus ad defensionem suæ innocentie & honoris conservandi gratia
 retorsione utatur, & alicui objicienti Crimen, Tu mentiris, in cõtinenti
 dixerit, obligationis vinculo non obstringitur per text. in l. quæ omnia 25.
 vers. sed si adversarius, juncto vers. nisi forte purgare, & vers. Caterum ff.
 de Procur. Schrad. d. conf. 40. n. 14. & mult. seqq. Mod. Pist. p. 3. q. 127.
 & Dn. Boc. ad l. un. C. de famos. lib. c. 5. num. 45. & seq. modò crimen
 objecerit falsum, ut comm. est Dd. sententia, quæ etiam in Praxi obser-
 vatur & Autoritatib. probatur à Boër. Conf. 4. num. 28. licet adjecerit,
 Tu mentiris ut fur, scelestus, vel latro &c. Myns. 5. obser. 17. num. 3.
 Schrad. d. Conf. 40. num. 34. & aliqq. seqq. Sicut nec, verbo medio seu
 indifferente qui utitur, injuriam inferre præsumitur, ut: si dixerit alicui,
 Tudicis falsum, per d. C. Homines §. ult. & C. seq. 22. q. 2. fac. etiam l.
 Interpretatione 42. de Pœn. vel Tesum nobilior, honestior, vel pro-
 bior, &c. per l. ubi aut 75. §. usq; ad eod. de V. O. (f) d. l. aut facta in. pr. l. 5.
 §. si

§. si quis librum & seq. & d. l. 15. §. si quis libello 29. ff. h. t. cum nimirum quis libello famoso, vel qua alia scriptura dolose despicitur, sive injuriantis & injuriati nomina adscripta fuerint sive omissa per text. modo alleg. Wes. Conf. 22. n. 5. part. 1. Myns. Resp. 59. n. 44. Henn. Gæd. Conf. 107. nu. 9. Damhoud. in praxi Crim. C. 125. Wes. in Parat. ff. h. t. n. ult. sive item apud graves & bonos viros Sriptura illa producat, sive nõ per litem apud 15. §. si quis ff. hoc tit. Dn. Bocer. ad l. un. C. de fam. lib. cap. 1. & cap. 2. num. 14.

I V.

Dividitur etiam Injuria in levem & atrocem sive gravem: (a) quæ verò sit levis vel atrox, æstimabit Judex & definiet (b) vel persona, vel tempore, vel re ipsa, vel loco, vel magnitudine læsionis. (c)

a) l. sed si unius 27. §. quedam injuria ff. hoc tit. & §. atrox Inst. eod. (b) Mœnoch. lib. 2. de Arb. Jud. quest. vol. 3. Cas. 263. num. 2. & seqq. (c) Atrocior enim fit Injuria ratione Personæ; si Magistratus à Subdito, Parens à Filio, Patronus à Liberto, Frater à Fratrem, Persona libera à Servo, Præceptor à Discipulo & c. Injuria afficiatur, per l. Prator edixit 7. §. ult. l. sed si unius 17. §. quedam Injuriam, ff. & §. atrox. vers. vel ex persona Inst. hoc. tit. Mœnoch. d. Cas. 263. num. 5. & seqq. Molin. ad Consuet. Paris. lib. 1. §. 30. num. 137. Würmbs. in pract. observ. libr. 47. de Injur. observ. 9. Gravett. Conf. 168. num. 10. libr. 1. Guid. Pap. question. 88. Schrad. d. Conf. 40. num. 79. Ratione temporis; si interdum conspiciente Populo vel die festo injuriam quis patitur dict. leg. 7. §. ultim. vers. tempore, vel dum est in Sacerdotio, & Dignitatis habitum præfert; leg. 4. Cod. hoc tit. Ratione facti sive rei ipsius; cum quis ab aliquo vulneratur, fustibus caditur; dict. §. Atrox Inst. hoc tit. & dict. leg. 7. §. ult. Ratione loci; si in oculo quis ledatur, vel in Theatro, Foro, aut conspectu Pratoris injuria alicui inferatur dict. leg. 7. §. ult. & dict. §. Atrox vers. ex loco. Ratione Magnitudinis; quando vulnus injuriosè illatum magnum ac periculo-sum est, l. vulneris 8. ff. hoc tit. aut famoso libello bona alicuius fama leditur. Mœnoch. d. Cas. 263. num. 34. & seqq.

V.

Num Convicii veritas ab Injuriarum actione excuset, variè disputatur? Nos tum demum excusare statuimus, si objectum crimen detegi Reipublicæ expediat.



Cum Dn. Harppr. in allegat. §. 1. num. 98. & seqq. per l. eum qui nocentem 18. ff. hoc. tit. l. unic. vers. sanè si quis Cod. de Fam. libell. l. 3. Cod. de Off. Rect. prov. junct. l. ita vulneratus 51. ff. ad L. Aquil cap. 1. e. de Conjug. lepr. Qui igitur blasphemat Deum homo sceleratus impunè vocari potest. Reichs Abschied. de Anno 1530. pag. 225. fac. 2. vers. Und solche.

V I.

Cæterum, Injuriam facit qui doli capax est: Non ergo furiosus, non impubes, non dormiens: (a) Et plures si injuriam faciant, tot sunt injuriæ, quot personæ facientium Injuriam. (b) At patitur injuriam etiam qui non intelligit, quid Injuria sit, ut infans, furiosus, mente captus. (c) Ei verò qui intelligit, non, nisi invito Injuria fieri dicitur. (d)

a) Vt pote qui doli capaces non sunt, l. 3. §. 1. & 2. ff. hoc tit. Clem. un. de Homicid. vol. (b) l. si plures 34. ff. hoc tit. & l. si familia 9. ff. d. Iurisd. (c) dict. leg. 3. §. 1. & 2. hoc tit. (d) cap. Scienti de R. I. in 6. l. Cum donationis 34. Cod. de Transact. §. ult. Inst. hoc tit. leg. 1. §. usq; adè in fin. & l. non solum 11. §. 1. ff. eod.

V I I.

Sicut tamen non refert, suo proprio judicio & per se, vel ab alio concitatus, aut per alium quis injuriam inferat: (a) ita quoque patitur quis injuriam, vel per semetipsum, vel per alias personas, puta suos liberos, servos, uxorem, nurum, sponsam. (b) Et si fortè cadaveri aut famæ defuncti fiat injuria, heredi ejus bonorumve possessori ea injuria fieri intelligitur. (c) Injuria item Procuratori illata, Domino illata censetur; (d) quemadmodum & Injuriam Executori vel Officiali meo factam ego vindicare possum. (e)

a) Quia & alterius opera atq; monitu quis injuriam facere potest, l. lex Cornelia, 5. §. si quis librum & d. l. 15. §. 2. & §. fecisse convitium ff. hoc tit. §. 1. Inst. eod. scribit etiam Chass. ad Conf. Burg. Rubr. 1. §. 5. num. 74. pag. 202. quod & is, qui de factore resistere potest, ne alicui injuria fiat, nec tamen resistit, teneatur perinde ac si ipse injuriam intulisset. (b) Spectat enim ad nos & ad nostram contumeliam, quæ his fit, qui vel potestati nostræ vel affectui subjecti sunt, l. 1. §. Item per semetipsum & §. seq. §. usque adè & §. ult. ff. hoc tit. §. patitur Inst. eod. per servos

de Injuriis.

5

servos autem nostros tum demum nobis injuria fieri intelligitur, si quid in eos atrociter, vel ad nostri contumeliam factum fuerit. d. l. 15. §. si quis sic fecit & §. itaque Prator ff. hoc tit. Cothm. Resp. 15. num. 39. & seqq. (c) cum illa injuria ad horum quoque existimationem spectet d. l. 1. §. etsi forte ff. h. tit. & l. ossa 8. in princ. ff. de Relig. & s. Fun. (d) ut tradit Ioan. de Prato Conf. 9. num. 9. tom. 2. Conf. Crim. videatur etiam Gayl. 1. obs. 125. (e) secundum Chass. ad Conf. Burg. Rubr. 1. §. 7. num. 40. & 41. post alios. Genero, Socero, Vitrico, Privigno, & Affinibus aliis, veletiam Cognatis Collateralibus nostris illata injuria, quamvis ad nos quoque pertineat l. lex Cornelia 5. in princ. vers. qua lege ff. hoc tit. Bart. ad l. Tutor. §. si Tutor ff. de susp. Tut. ex ea tamen injurians nobis nec civiliter nec criminaliter obligatur, sed judicationem & testimonii dictionem illa duntaxat impedit, si Affinis vel Cognatus, qui injuriam passus est, eo nomine agat d. l. 5. in princ. & §. 2. Inst. eod. Wes. Conf. 22. num. 19. Mœnoch. de Arb. jud. q. lib. 2. Col. 3. Cas. 262. num. 4. & 5. sicuti nec Vxori aut Sponse injuriarum obligatio nascitur, si Viro aut Sponso injuria inferatur l. 2. & d. l. 15. §. Sponsum ff. hoc tit. Henn. Gæden. Conf. 102. num. 5. & seq.

V I I I.

Quæritur hoc in loco de ebriis, (a) iratis, (b) & Prodigis, (c) num injuriarum ordinariè teneantur necné? de Prodigis affirmamus, de reliquis negamus.

a) In summo Ebrietatis gradu constitutis, per Can. Venter dist. 35. Can. Sanè & Can. inebriaverunt 15. quest. 1. l. perspiciendum 11. §. pen. ff. de pœn. l. omne delictum 6. §. qui se 7. vers. per vinum ff. de Remilit. & l. un. C. Si quis Imp. maled. (b) Iracundiæ calore nimis commotis arg. l. divortium 3. ff. de Divort. & Rep. l. quicquid 48. de R. I. l. Grachus 4. C. Ad L. Iul. de Adult. C. si quis iratus in princ. 2. quest. 3. (c) Fach. 2. contr. 68. Mœnoch. de Recup. poss. remed. 9. num. 96. & seqq.

I X.

Et cum Injuriam facere, Injuriarumque conveniri possint, non tantum homines privati, sed etiam Universitates: (a) quæritur ulterius; quid si non tota Universitas, sed illi solummodo qui Universitati præsunt, eamque administrant, Injuriam alicui fecerint? Universitatem ex tali Injuria conveniri non posse, Justitiæ & æquitati congruit. (b)

a) Arg.

a) Arg. l. metum 9. §. animadvertendum, & ibi gl. ff. Quod metus causa. l. sed & ex dolo 15. §. 1. ff. de Dolo malo. (b) Arg. l. semper 15. §. si in sepulchro ff. Quod vi aut clam C. Delictum 76. ubi gl. & Dyn. de R. l. in 6. Bart. in l. aut facta 15. §. fin. ff. de Pœn.

X.

Modum faciendi Injuriam quod attinet, formalis ille est, vel accidentalis. Formalis consistit in affectu, id est, voluntate & proposito facientis Injuriam, (a) & verbo sive facto contumelioso. (b) Accidentaliter modus est, quo Injuria infertur vel judicialiter, vel extrajudicialiter, (c) purè item vel conditionaliter. (d)

a) l. 3. §. 1. ff. de Injur. l. qui servum 34. in princ. ff. de O. & A. & l. si non Convicii 5. C. de Injur. Vnde non tantum ii, de quibus agitur in Th. 6. sed etiam, qui per jocum, aut dum certant, percutiunt aliquem, Injuriam non faciunt d. l. 3. §. pen. nisi jocus ille frequentius fiat, Damhoud. in praxi. Crim. c. 137. num. 12. ut nec ille, qui jure publico quid facit l. injuriarum 13. §. 1. & §. quæ jure potestatis l. quod Reip. 33. ff. hoc tit. Nec Amicus aut Cliens, qui Matronam honoris causa affectatur d. l. 15. §. meminisse ff. hoc tit. Nec Parentes, Patroni & Præceptores, Liberos, Libertos, ac Discipulos castigantes l. sed etsi 5. §. ult. cum l. seq. ff. Ad L. Aquil. l. 7. §. sed &, & §. præterea hoc tit. l. item queritur 13. §. item Iulianus ff. Locati l. 1. C. de emend. prop. & l. si filius 3. C. de Pat. pot. Nec Mariti corrigentes Vxores arg. l. si Adulterium 38. §. Imp. Marcus ff. Ad L. Iul. de Adult. l. consensu. 8. §. 2. & Aut. seq. Cod. de Repud. Nec Concionatores, pro Concionib. quempiam verbis injuriosis notantes, arg. Es. cap. 58. vers. 1. Ezech. 33. vers. 7. & 8. & 1. ad Timoth. 5. vers. 20. Nec Astrologi, qui ex astris; vel Chiromantici, qui ex lineamentis manuum: vel Physiognomi, qui ex figura Corporis vultusve consulti, Furem, Adulterum, vel quo alio crimine maculatum aliquem respondent: per text. in d. l. 15. §. si quis. 13. ff. hoc tit. (b) d. l. Injuriarum 13. §. si quis honorib. & d. l. 15. §. si juraverit ff. hoc tit. l. 4. vers. nam hæc ff. de O. & A. in princ. T. Inst. de Oblig. quæ ex Del. nasc. & d. l. 5. C. hoc tit. (c) Wurmb. in pract. obs. T. 46. obs. 17. Did. Covarr. libr. 1. var. Resol. cap. 11. num. 6. & 7. Wesenb. conf. 22. nu. 30. Henn. Gæd. Conf. 30. num. 15. & Conf. 102. num. 14. & 15. (d) modò id, quod spectat, proferens verba injuriosa, dictum aut factum sit per l. conditio 100. ff. de V. O. l. cum ad presens, 37. ff. de Reb. cred. & §. conditione Inst. d. tit. & verba

verba injuriosa non proferantur ad defensionem, per alleg. ad Th. 2^l.
lit. f.

X I.

Sed controvertitur, teneatur ne injuriarum Testis probandi Criminis caussa ab Accusatore productus, si Judice interrogate dicat, Crimen hoc vel illud ab Accusato commissum? Nos æquius esse respondemus, eum nullo modo teneri, siue crimen istud aliis contestibus, vel adminiculis plenè probatum fuerit, siue non.

Arg. l. item apud 15. §. si quis Astrologus 13. ff. hoc tit. item l. in-viti 8. ff. de Testib. & tot. tit. e. de Testib. cog. junct. l. 3. §. 1. cum l. seq. ff. hoc tit. & l. si non convicii 5. Cod. eod. fac. etiam l. sed si quis 7. ff. Quem-
admodum Test. aper. l. si servus 61. §. quod verò, vers. multò tamen æqui-
us ff. de Furt. & l. cum quadam 26. Cod. de Adm. Tut. item l. Gracchus 4.
Cod. Ad L. Iul. de Adult.

X I I.

Est & hoc quæstionis circa hunc locum, An injuriam fa-
cere intelligatur, qui excipiendo contra testes ad eorum exclu-
sionem Criminis alicujus ipsos insimulat, in ejusdem verò pro-
batione deficit? Id quod affirmamus.

Per l. 1. Cod. de Adv. divers. Iud. Cap. 1. §. qui verò, de Elect. in 6.
& Can. qui non probaverit 2. quæst. 3. item l. si tibi 31. Cod. de liber. caus-
sa, Gayl. 2. observ. 101. num. 7. Diff. Fach. 9. contr. 13.

X I I I.

Vindicatio Injuriarum etiam duplex est: Privata, quæ vul-
gò Retorsio dicitur, & publica, siue Judicialis. Privata Inju-
riæ vindicatio est, cum quis propria Autoritate, Injuriam sibi
illatam confestim propulsat, & in eum à quo accepit regerit,
siue illa fuerit realis, (a) siue verbalis. (b) Publica siue Judi-
cialis est, quæ fit instituta Injuriarum actione; idque vel civili-
ter: cum Actor certam Injuriæ pœnam sibi præstandam perse-
quitur, (c) vel criminaliter: cum quis injuriantem propter il-
latam Injuriam extraordinariè, (d) aut pœna Juris ordina-
ria, (e) puniri à Judice petit.

a) Per l. 3. in princ. ff. de I. & I. l. 3. §. eum igitur. l. qui posses-
sionem 17. ff. de vi & vi arm. l. sed & partus 12. ff. Quod met. c. & l. 1.
§. pen. ff. ad L. Cornel. de Sic. (b) dict. leg. 3. de I. & I. l. qui cum 14. §.

B

si Liber-

si Libertus ff. de Bon. libert. & l. quae omnia 25. ubi Bart. & alii ff. de Pro-
cur. (c) per §. In summa, Inst. hoc tit. l. 6. 7. §. posse hodie & l. consti-
tutionib. 37. §. 1. ff. eod. Marant. part. 4. in prim. Iudic. dist. num. 5. &
10. Decis. Capell. Tholoss. 145. num. 3. Duar. 1. Disp. 35. (d) pro Iudi-
cis arbitrio. l. ult. ff. hoc tit. l. ult. ff. de priv. del. & d. §. in summa & d.
decis. 145. num. 3. in fin. (e) per l. ordo ff. de publ. Iud.

XIV.

Utrum privata Injuriae vindicatio Statuto vel Jure Civili
tolli possit, non immerito quis dubitaverit? sed affirmantium
sententiam nos amplectimur.

Per l. illud convenire 5. §. 1. ff. de Pact. dotal leg. Meminerint. 6.
Cod. unde vi, Cap. Qualiter 17. e. de Accusat. Cap. 2. & 3. de Concess.
prab. in 6. Prohibitus tamen sub certa poena alteri dicere, Tu mentiris,
non prohibetur retorquere, per l. ut gradatim 11. §. 1. ff. de Muner. &
Hon. l. 2. ubi Bald. Cod. de Nox. act. & Cap. cum dilectus 8. ibiq. gloss.
super verbo Iure communi e. de Consuet.

XV.

Civilem Injuriarum actionem rursus dividimus in aestima-
toriam, qua actor Injuriam sibi illatam, ad certam pecuniam
summam aestimat, eamque sibi adjudicari petit: (a) & recanta-
toriam, qua ad palinodiam sive recantationem agitur. (b)

a) §. In summa vers. & si quidem, & §. poena vers. sed postea
Inst. hoc tit. Mar. part. 4. dist. prim. num. 5. & 6. ubi ratio habenda
temporis illatae Injuriae, per l. 1. ff. de Poen. l. Injuriarum 11. ff. hoc tit. & si
reus non sit solvendo, pecuniaria poena in corporalem converti potest, per
l. ult. ff. de in jus voc. fac. d. l. 1. §. fin. ff. de Poen. l. fin. Cod. de Sep. viol.
l. 13. ff. de Iurisdic. lex. qui ades ff. de Incend. ruin. nauf. & lex. 6. in fin.
Cod. de Modo mult. (b) Cammerg. Ord. part. 2. tit. 28. §. vnd son-
derlich. Hartm. Hartm. lib. pract. obs. T. 49. obs. 3. Myns. 2. observ. 98.
Gayl. 1. observ. 65. Coniungi verò possunt haec duae actiones in uno libello.
Myns. & Gayl. dd. ll. Wurmbf. lib. pract. observ. T. 46. observ. 8. in fin.
Diss. Mar. d. dist. 1. num. 12. quemadmodum & legis Aquiliae actio
cum aestimatoria Injuriarum actione, si Injuria realis fuerit, & Actor ex
ea damnum passus sit, cumulari potest. l. dominum 8. Cod. hoc tit. & l.
qui servum 34. in princ. ff. de O. & A. Mynsing. 1. observ. 25. Gayl. 1. ob-
serv. 63.

X V I.

Ac dubia est quæstio, cedi ne queat Injuriarum actio æstimatoria vel non? Affirmantium opinio & verior & receptior est.

Perl. 4. ff. de Hered. vel act. vend. l. 3. & l. ult. Cod. d. tit. item l. non solum 11. §. agere quis ff. hoc tit. gl. ad l. Injuriarum 28. verb. in bonis, ubi etiam Bart. ff. de Injur. & ad d. l. ult. Cod. de Her. vel act. vend. Clariss. Harpp. Dn. Præcept. observ. ad §. in summa 10. num. 54. Instit. hoc tit. Ioan. Andr. ad Speculat. lib. 2. de cess. act. §. 1. num. 28. sub lit. b. Tiraq. de Retract. lignal. §. 26. gloss. 1. num. 50.

X V I I.

Si criminaliter extraordinariè agatur, tum Judex pro suo arbitrio pœnam Reo irrogat, (a) durius vel mitius, pro Injuriam & Personæ conditione eum puniendo. (b) Sin ex Lege publici Judicii agatur: tum Reus in pœnam ea lege definitam condemnatur. (c) Notatur quoque infamia suo nomine, qui condemnatus est, sive civiliter, sive criminaliter fuerit actum. (d)

a) d. §. in summa, vers. sin autem criminaliter Instit. hoc tit. (b) l. hodiè 13. junct. l. aut facta 16. §. personæ ff. de Pœn. Servi enim flagellis casti Dominis restituuntur; liberi verò homines vel pecuniaria pœna fisco inferenda, vel corporali pœna afficiuntur l. ult. ff. hoc tit. d. l. aut facta in pr. junct. §. Personæ ff. de Pœnis, quam etiam ad mortem usq; extendi posse verius censemus arg. l. lex Julia 7. §. fin. ff. ad L. Iul. repet. & arg. l. Lege Julia 4. §. 2. junct. l. Sacrilegii 6. ff. ad L. Iul. pecul. (c) l. ordo 8. ff. de Publ. Iud. Nam ex lege Cornelia si publico Iudicio agatur de eo, quod quis pulsatus, verberatus, domusve ejus vi introita sit Reus liber homo partis tertiæ bonorum publicatione l. hos accusare 12. §. ult. in pr. ubi Bart. junct. vers. item Cornelia ff. de Accusat. Servus autem extraordinem duriore pœna plectitur d. l. hos accusare. 12. §. ult. Quod si publico Iudicio adversus eum agatur, qui sine nomine & cognomine suo, famosum libellum scripsit, vel ab alio scriptum vulgavit, ea imponitur pœna, quæ converteretur in ipsum infamatum, si de objecto crimine convinceretur. Const. Carol. art. 110. & l. un. Cod. de fam. lib. Capitali verò sententia vindicatur, qui Sacerdoti vel ejus Ministro, dum Sacra faciebat, Injuriam intulit l. si quis in hoc 10. Cod. de Episc. & Cler. (d) l. 1. l. Athletas 4. §. ult. ff. d. His qui not. inf. l. Injuriarum 10. & leg. non damnatos 18. C. Ex quibus causis infam. irrog. l. infamem 7. ff. de Publ. Iud.

Gayl. 2. observ. 102. num. 1. & 6. ut & ille, qui precio quantocunque paciscitur, ne secum Injuriarum agatur, d. l. non damnatos 18. & leg. 6. §. pactusve ff. de His, qui not. inf. quamvis injuriatus ex Injuria illatione non efficiatur infamis, l. un. Cod. de fam. lib. ubi Dn. Boc. Cap. 4. Eluitur tamen & injuriantis macula ista non solum per in integrum restitutionem Cap. cum te 23. e. de Sent. & Re jud. & l. 1. §. de qua autem in fin. de Postul. sed etiam per Honoris reservationem in sententia, Würt. Hof. Ger. Ord. part. 3. lib. 25. §. doch sollen. Gayl. 1. observ. 65. num. 6. & divis. si reus vel injurians per Procuratorem egerit, leg. furti 6. §. si quis alieno. leg. servus 14. l. Lucius 21. in fin. ff. de His, qui not. inf. leg. 2. de Obseq. Par. & Patr. præst.

XVII.

An ob levem etiam & modicam Injuriam condemnatum Infamia comitetur? si qua siveris, negativè respondebimus.

Per l. scio 4. ff. de in int. rest. l. si quis 9. §. ult. & l. seq. ff. de Dol. malo. cum similib. item per l. Miles 11. §. mulier 12. in fin. ff. ad L. Iul. de Adult. l. Pedius 4. ff. de Inc. ruin. naufr. d. l. aut facta 16. ff. de Pœnis. leg. sancimus 22. Cod. eod. fac. etiam l. ad tempus 5. ff. de Decur. & leg. sed si unius 17. §. 3. hoc tit.

XIX.

In libello autem Actionis Injuriarum, Actor, quam Injuriam passus sit (a) locum item & tempus Annum scilicet & Mensem, quo Injuria facta, (b) exprimere tenetur.

a) l. Prætor 7. in pr. §. præterea & §. seq. ff. hoc tit. l. item exigit 16. ff. de Dol. mal. Cap. 2. in fin. de Testib. in 6. l. libellorum 3. ff. de Accusat. (b) arg. d. l. 3. in pr. vers. utique enim. ff. de Accusat. & Cap. Tua, 5. vers. si verò, e. de Procur. Gayl. 1. observ. 64. ubi num. 8. subjicit: quod ommissio temporis & loci libellum non vitiet, si hic defectus à parte non opponatur, per l. ult. Cod. de Annal. Exc.

XX.

Si de damno, ex reali Injuria contracto, nulla in libello facta fuerit mentio: quæritur, An Judex ejus in sententia sua rationem habere debeat? Nos id negandum putamus.

Per l. 4. §. hoc autem Iudicium ff. de Damn. inf. junct. leg. item apud 15. §. si quis servo. 46. ff. hoc tit. & leg. 5. §. 1. ff. ad L. Aquil. Cyn. d. leg. Dominum 8. Cod. hoc tit.

XXI.

Tollitur denique Injuriarum actio dissimulatione, (a) satisfactione, (b) Jurejurando, (c) Pacto seu transactione, (d) morte Actoris vel Rei ante litem contestatam, (e) legitima Retorsione (f) & præscriptione sive lapsu unius Anni, (g) & quidem utilis, non continui. (h)

a) §. ult. Instit. hoc tit. l. non solum 11. §. 1. ff. eod. & leg. si tibi 31. ibi, habita contestatione, Cod. de liber. causa. (b) dict. leg. sed si unius 17. §. si ante Iudicem ff. hoc tit. (c) l. lex Cornelia 5. §. hac lege & d. l. non solum 11 §. 1. ff. h. t. de l. 3. §. 1. ff. de Iurej. Gayl. 2. obs. 106. n. 5. (d) dict. leg. non solum 11. §. 1. l. si tibi decem 17. §. 1. ff. de Pact. Institutistæ communiter ad §. fin. hoc tit. (e) l. Injuriarum 13. in princ. ff. hoc. tit. §. non autem Inst. de perp. & temp. act. l. omnes 139. & l. pœnalia 164. ff. de R. I. modo civiliter actum fuerit, non criminaliter, l. ult. ff. ad L. Iul. Majest. Myns. 1. observ. 98. (f) Dn. Bocer. ad leg. un. Cod. de fam. lib. lib. 3. Cap. 3. num. 54. & seqq. (g) dict. leg. si non convicii 5. Cod. hoc tit. ante citationem completi, Gayl. 1. observ. 64. num. 6. (h) l. item si cum 14. §. in causa, ubi Cujac. ff. Quod met. c. l. 1. §. Annus 39. ff. de vi & vi arm. & l. sciendum 19. §. ult. ff. de Ædil. Ed. Mynsing 5. observ. 7. num. 7. Gayl. 2. observ. 105. Wesenb. conf. 22. num. 6. part. 1. de Injuria tamen in Iudicio illata, agi non potest, nisi finito Iudicio, l. si quidam 10. Cod. hoc tit. Henn. Gæd. Conf. 30. & 102. Civilis quoque Injuriarum actio, Prætoriam opposita, non annalis sed perpetua est, Instit. de perp. & temp. act. in pr. Gayl. 2. observ. 104. num. 4. Myns. 1. observ. 84. & 5. observ. 7. num. 8. Wesenb. Conf. 22. num. 6. 20. & 22. Diff. Cujac. in Parat. ff. h. tit. in fin. & in Parat. Cod. eod. tit. Et licet Anno exacto Prætoriam Injuriarum actio extinguatur, ex Dd. tamen sententia, Injuria affectus, etiam post Annum Iudicis Officium eo nomine implorare potest. Hartm. Hartm. tit. 49. observ. 2. & Myns. 5. obs. 7. nu. 6. Diff. Gædd. ad l. aliud 131. §. 1. nu. 10. & seqq. ff. de V. S.

XXII.

Nunquid Tutor etiam vel Curator, Injuriam Pupillo aut Minori illatam paciscendo remittere possit, dubitatione non caret: posse autem hoc fieri communiter receptum videtur.

Arg. l. Creditor 60. §. 1. ff. Mandati Alex. Salic. Ias. & alii in l. Pactum Curatoris 22. Cod. de Pact. Franc. de Cald. in Comm. ad l. si curatorem 3. Cod. de in integr. rest. Min. verb. l. sis num. 27.

X X I I I.

Quid si Pater Injuriam Filiofamilias irrogatam, eo invito remittere ac condonare velit? Idem fieri posse adfirmamus, adeo ut Filius etiam post remissam à Patre Injuriam emancipatus, actionem Injuriarum resuscitare nequeat.

Modò Filii Persona non sit augustior vel honestior, quàm Patris per d. l. sed si unius 17. §. Filiofam. ubi gloss. & Bart. & §. seq. ff. hoc tit. Ascan. de Patr. pot. Cap. 6. Eff. 8. Fach. 11. Contr. 42. Decian. in pr. Crim. Tom. 1. lib. 3. cap. 22. num. 23.

X X I V.

Magis anceps est quæstio, an Pœnitentia quoque Convictoris, puta revocatione injuriosorum verborum, actio Injuriarum tollatur? & nobis opinio negata placet.

Per l. quid sit fugitivus 17. §. 1. ff. de Ædil. Ed. l. qui ea mente 65. ff. de Furt. l. pen. ff. Vi bon. rapt. & dict. leg. si non Convicti §. Cod. hoc tit. de Injur.

Corollaria.

I.

Constituuntur Servitutes tam inter vivos, Contractibus scilicet, quàm in ultima Voluntate seu Testamento.

I I.

An verò longo tempore quoque præscribantur, controvertitur? quod affirmamus per l. 2. Cod. de servit. & l. fin. Cod. de long. temp. præser.

Vfu-

I I I.

Vsu-fructuarius cum re in usum-fructum tradita salva ipsius substantia & boni Viri arbitrio uti debeat; quæritur an ob deteriorationem ejusdem usu-fructu privetur? Non puto.

I V.

Vsu fructuarium jus suum extraneo cedere posse negamus, *per l. 66. de Jure Dot.*

V.

An Cautio, quæ ab Vsu-fructuario exigitur, sit de substantia Vfus-fructus, dubitatione non caret? Negativæ subscribimus opinioni.

V I.

Similiter dubitatur, utrùm Proprietarius, quemadmodum rem Vsu-fructuariam vendere, ita quoque eidem Servitutum imponere possit? itidem negamus.

V I I.

Vsu-fructuarius, si propter inopiam satisficere non potest, committendus est juratoriae cautioni.

F I N I S

Vlt. Augustinus cum te in unum su-

per te esse in unum deum

et in unum dominum et in unum



venio metallico in fundo feudali repte, nūm ptineant
ad alium feudi directum, an v. ad vasallum. disp. 2. 13.
Haec nūm nomine an fisco commodum Junis Regalis p. 12.
th. 14.

Ufus mensurary an iq Junim exorano cetero possit. disp.
3. coroll. 4.

01 A 6525

ULB Halle


3


002 935 813



12

1007





39

iridica

U R I I S,

M

state Divina,

E N T E

orum in celeberrima

genfi ordine;

E N T E

D R E A

I V R I S.

O, E T I N

U M P R O F E S.

ptore & Patrono suo

cultu hono-

rio *Juris-Consultorum,*

sendendam suscipiet

radus Varen-

rdianus.

N G Æ,

Alexandri Cellii.

D C X V I,